ne ꝑ lassitudine tribulacoꝝ de-
ſperent debet in via huius vite
laboriose exhortari benigniter
et fouere. et extremos idest pau-
peres et simplices vel peccato-
res ad vnitatem ecclesie congre-
gare dicens illud **Ezechielis** tri-
ſecimo quarto. **Quod** perierat
requiram: quod abiectum erat
reducam et illud quod fractum
erat consolidabo. et cetera. **Jo-
sephus** et azarias quos iudas
in terra iuda reliquerat in custo-
diam. et quibus preceperat ne
contra quemcumqꝛ pugnarent
sed ꝑ terram diligētius custodi-
rent. audientes tam prelia iude
qm simonis prospera gesta vo-
luerunt et ipi sibi nomen facere
et ideo contra gentes contra ꝑe-
ceptum iude bellare atqꝛ pug-
naē disposuerūt. **Faciamꝛ** inquit

nobis nomen et pugnemus contra
gentes quae in circuitu nostro sunt
deus autem eorum superbia confudit quia
a gozia fuerunt victi et duo mi-
lia populi israel ceciderunt et
cum ignominia redierunt. Et as-
signatur ibi alia ratio quia isti non
erant de semine virorum istorum
per quos salus israel facta est. **S**ic
ponitur ibi de sacerdotibus qui
altera vice dum voluerunt forti-
ter facere et indiscrete ad prelium
exierunt quae turpiter in prelio cecide-
runt. **I**llud allega contra presump-
tuosos quia multi sunt qui quan-
do prelia iude et symonis id est
virtutes sanctorum virorum audi-
unt et eorum prelia contra spiri-
tuales hostes attendunt similia
attemperare presumunt et sibi no-
men et famam acquirere concupis-
cunt et ideo non propriam fragilita-
tem considerantes sed potius de
suis viribus confidentes sepe fit
quod indiscrete aduam aggrediuntur
contra spirituales hostes per difficiles
modos abstinentiarum et afflictio-
num sine consilio preliantur nec
sunt contenti custodire terram si-
bi commissam id est non sunt con-
tenti se custodire a peccato. **H**ic
pra vires suas aggredi duam mo-
luntur. **E**xodi xvij. **S**tulto la-
bore consumeris ultra vires tuas
est negocium. **S**ed sepe fit quod de-
us volens presumptionem eorum
nominis et fame ac potentiam
refecare permittit eos vinci a tem-
ptationibus et hostibus superari et quae

contenti vita et professione sibi
commissa non erant sed gloriam
acquirere sperauerunt finit eos
cum dampno suo et aliorum vi-
cibus succumbere et pro gloria ap-
petitua ignominiam reportare
noscuntur. **I**gitur poterat sibi di-
ci illud iij. **R**eg. xiiij. **C**ontem-
esto glorie tue et sede in loco tuo

Vel allega exemplariter quomodo se-
pe fit quod illi qui famam et inanem
gloriam concupiscunt solent bel-
la noua emittere et per lites et con-
trouersias alios inuadere et super-
vires ardua aggredi et indiscre-
te sine consilio et in factis diffici-
libus immiscere dato quod non sint de
semine vel genere ipsorum ad quod
pertinent talia exercere. **S**ed vere
sepe fit quod isti superant et unde va-
nam gloriam sperauerant vitu-
perium consequuntur sicut ad li-
teram positur de **J**oas rege iuda
iij. **R**eg. xiiij. vide ibi. **V**el alle-
ga quod qui sine consilio facta sua
faciunt et in sensu suo confidentes for-
titer facere credunt faciliter pe-
reunt et succumbunt. **I**deo bene
dicitur eca. xxij. sine consilio mi-
hil facias. **D**icitur hic quod cum mi-
nici regis antiochi arcam eius quae erat
in iherusalem occupare vellet mili-
tes obsessi auxilium petentes a rege
sibi per haec verba scripserunt. **A**pplicuerunt
hostes ad arcam occupare eam et non
preueniens eos paulatim maiora fa-
ciunt et non potest obtinere eos. **S**ic
videtur cum hostes nostri a temptationibus spirituum mi-
nistrum arcam mentis per consensum capere non

in principijs occurratur intantū
iū alefcāt q̄ p̄ vir succūbūt.

Quoniam rex iuueis antiochus
cū maximo exercitū remiſſi
in plūm extra iudam
et filios israhel et trigintaduos ele
phātes doctos ad plūm secum
haberet. ostēderūt ipsis elephā
tibz sanguinē vne et mori ad a
ciendū eos ad preliū et p̄posue
runt turres ligneas sup̄ eos fir
mas et p̄tegētes et quibz erant
machine et trigintaduo viri vir
tutis p̄gnantes desup̄ et intus
magister bestie et bestie diuerſe
eiāt p̄ legioēs et mille viri et q̄n
genti equites circa quālibet bes
tiā ordinati q̄ exercitū discurren
tes strages hostiū faciebant

Dic q̄ antiochus. q̄ interpretat̄
princeps meoīs. s̄ḡt dyabolū
qui in exercitū suo cōtra israhel
.i. cōtra eccliam et cōtra viros iu
stos magnos elephātes. i. ma
gnos mūdi principes et tirānos
ordinat. Isti em̄ sūt dyaboli cō
adiutores et in suo exercitū for
tiores et ad nocendum simplia
bus terribiliores. Jacobi secūdo
Nonne diuites p̄ potentia op
primunt vos? Isti enim sūt qui
bus insident turres. i. alte mun
di dignitates castra et ciuitates
in quibz machine. i. machinaci
ones cōtra pauperes et mali cō
filiarij habitāt et in quibz tri ḡ
taduo viri virtutis. i. multitudo
balliuoz et maloz famulozū la
titat. q̄ oēs extra filios israhel. i.

contra innocentes et pauperes
subditos vel cōtra eccliaz et ecclōs
simul pugnant. intus in sua turri
.i. in domo sua vnus qui dicit̄
maḡ bestie latitat qz vnus q̄sq̄ta
lis p̄nceps sp̄ aliquē p̄ncipalem
ofiliariū hz. q̄ ip̄z i suis malicijs
dirigit et gubnat. Ad hāz ei vide
m̄ q̄ mali p̄ncipes in turribus
officijs et domibz suis tenent et
sustinet multos malos ofiliari
os secretarios machinatores et
ballistatores. i. iferioēs balliuos
q̄ oēs generalit̄ militant extra bo
nos. **Sup̄. v. Cōgregate sūt gē
tes aduersū nos. 2c.** Istas etiā
bestias. i. bestiales p̄ncipes ml
ti milites et eq̄tes. i. multi alij
iferioēs nobiles vel eozū fuitoēs
contant̄ q̄si ad volūtate aliozū
circueūt et sequūt et de eoz rapi
mis viuūt et sub eis i eoz fraude
lucrū acq̄runt et q̄aiqz se vterit
ab eo nō recedēt. **Pro. xix. Ml
ti colūt p̄sonā potētis 2c.** Istis
aut̄ elephātibz on̄dūt mgri eo
rū sanguinē vne et mori. vt eos
ad plūm aciet qz p̄ cōtra ista ē ve
ritas qz mgri eoz elephātū. i. ad
ulatoēs p̄ncipū sanguinē s̄z que
p̄cessoēs eozū et crudelitate quā
cōtra eccliaz et paupes exercierūt e
is on̄dēt et p̄ oculis eis ponūt.
et sic eos ad plūm exactōnū ex
fili aciuūt et aiāt. **Sanguinē etiā
crudelitatis ip̄s dicit̄ on̄dē. q̄n
mōs et vias q̄bz sub sp̄e iusticie
sanguinē et sbaz paupz possit de
uorare et rapere eisdem ofilunt**

et exponunt **N**umei xxiiij. **N**ō
accubabit leo donec rapueit pre
dā. Sic igitur fit q̄ isti elephan
tes cum illis qui in turrib⁹ eorū
morantur et qui eos sequunt⁹ et
qui adulatorie sanguinē eis pro
pinare videntur iudā et israheli
tas id ē bonos ecclesiasticos sub
ditos p̄sequunt⁹. **V**el illud qd̄ de
illis elephantib⁹ dicitur applica
ad martires qui viso sanguine
vive et moti idest visa et confide
rata passione xp̄i ad preliū con
tra tyrannos animati fuerunt. et
et cores eorū reprobando et con
tra eos predicādo mortem et san
guinē contempserūt. **I**sti habu
erūt turres dignitatum et ecclesi
arū in quibus multi sp̄uales mi
lites continebantur qui contra hos
tes fidei pugnauerūt multi tam
equites q̄ pedites ipsos ad fidē
secuti sunt et p̄ eos ceciderūt **Ge.**
p̄mo **D**eliabat que prima erat
cetera sequebantur. **E**leazar vi
dens ynum de elephantib⁹ q̄ sta
bant contra iudeos ceteris altio
rē et loricas regijs loricatū regē
esse in eo idest in turri lignea be
stie sup̄ omnia extimavit q̄ p̄p̄
vt populū suū liberaret et nomē
sibi acquireret propulsis hīc et
inde hostib⁹ vsq; ad bestiam pe
netrauit et elephanti se sup̄posuit
et eum sic sup̄positus interfecit re
gem tamen nō vulneauit sed oc
cisa bestia et cadente sub ipsa op
pressus perijt et nec nomen sibi
acquisiuit nec populū suū li

berauit sid̄ pot̄i? vt ibidē dicitur
popul⁹ iudeorū regis impetum
ferre non sustinēs ab ipso fugit
et diuertit **E**leazar q̄ erat vn⁹
de principib⁹ iudeorū potest op
time siḡre phariseos et principes
iudeorū quales fuerūt annas et
cayphas **I**sti videntes contra se
elephantes idest plures ap̄los
dimicare et predicare videntes
vnum ceteris eminendiorē scilicet
xp̄m loricas regis id est diuinis
miraculis et operib⁹ arcū septū
intantum vt eis verisimile poterat
esse regem idest deum et diuinaz
naturam in eo latitare ipsum oī
no occidere decreuerunt quia sic
populū suū a romanis liberaē
et a fide et potencia istī? qui iam
p̄dicatus in ea fuerat eripere cre
diderunt dicentes illud **Iob. xi.**
Ne forte veniāt romani ac. **E**x
pedit em̄ vt moiatur. **I**stum igit̄
p̄ mortē hūanitatē fecerūt cade
re regem tñ idē deū seu deitatē nō
potuerūt ledere. sed semetipsos
quoq; sub eo occasionalit̄ peme
rūt inquantū propter peccatum
mortis xp̄i tādē destructi fuerūt
nec p̄p̄ hoc fidē et ei⁹ potētā ex
titerūt. sed pot̄i? ip̄a crescēte p̄
ip̄i⁹ elephanti⁹ mortē ip̄i piē me
ruerūt **Isa. lxiiij.** **A**fflixerūt sp̄m
sc̄i ei⁹ et cōuers⁹ ē eis in inimicū
et ip̄sē debellauit eos. **V**el dic
de dyabolo vt supra libro de cō
capitulo de dracone capitulo ter
cio vel quarto. **V**el allega con
tra presumptuosos qui inanis

glorie cupidi appetūt sibi facere
nomē et iō contra einentiores se
et fortiores quādoq; insurgunt
et eos potenter ipetūt et iuadūt
quib; tamē bene quādoq; nō cē-
dit qz dato q; illi aliū ledant. vi-
res tamē attenuāt et seipso; sb-
uertūt. **Del** dic ad hām de fatu-
is militib; q; sup; vires suas vo-
lūt facere q; tamē in ipso conatu
suo dū alios occidūt solēt et ipi
perire. **Jerē. xlvj.** Fortis impedit
in forte: et ambo in foueā cē-
derūt. **Del** vt exponit quidā
tūc hō elephātē pimit. quando
carnē suā mūdū vel dyabolū vi-
dit et quādo turres. i. dignitates
seculi cōtēpmit. **De**xtamē tūc sb
isto motū qn de victoria in sup-
biā eleuat. **Ozee. xiiij.** Ego mors
tua o mors. **Del** allega de mar-
tirib; qui tūanos gladio vbi dei
occiderūt ipsi tamen corporaliē
p martirium succubuerunt.
Hic habes gaim antiochus et
exercitus eius pugnaret contra
bethsuram et tandem contra san-
ctificacionē. quia in vtroq; loco
cibi defecerunt. et quia sabbatū
erat terre illi qui in istis muicōi-
bo erant cum hostib; pacem fe-
cerunt. et eis portas aperuerūt
Antiochus vero intrans sancti-
ficacionem protinus pacem fre-
git. et muros in arcui tudissipa-
ri mandauit. **Sic** vere dico q;
tūc in bethsura et sanctificacione
idest in seculo et in claustro cum
antiocho. idest cum diabolo et

viciozū exercitū fideles impug-
nati ianuas cordis aperiuunt. et
eum intus per malas complacē-
tias recipiunt. quando cibi spi-
ritualis doctrine diuineq; scrip-
ture eis deficiunt et quando sab-
bata quietis et ocij necnon festi-
uitates temporalis prosperita-
tis incumbunt. **Illud** enim in ec-
clesia et religione specialiter vi-
detur vt propter defectum scien-
tie et propter abundantiam qe-
tis et opulentie diabolū itroduc-
tū et sibi populū subiugatū qua-
si penitus intuemur. **Supra** secū-
do **Cōstituerunt** eis prelium in
sabbato: et occiderūt de illis mil-
le viros. **Et** ezechielis decimosex-
to dicitur. **Q**uec fuit iniquitas
zodome. **Iste** em murū sanctificō-
nis. i. obseruātiās eccāsticās et
sanxioēs canoicas ac regulās
obseruātiās iā ibi dissipauit. et
se ibidem impare et esse dominū
declarauit. **Iā** em delectacionib;
et vicij; ab omni pte patet igres-
sus et iā nō ē qui cobibeat hos-
tium spiritualium impetū et ac-
cessus. **Trenozum** secundo **Iu-**
rit antemurale et murus pariter
dissipatus ē: defixe sūt in terris
portē eius. **Si** vis pone qua-
re bethsura figt mūdū qz domū
acerba interpretat. qz acerbitas
tribulacōnum in mūdi domiali
o repit. **Et** si vis dic q; antio-
ch; capta bethsura sanctificacio
nē iuadit. quia dyabolus subiu-
gato secularium statu ecā statū

ecclesiasticum subiugae intedit
et actius supeditatis et victis
etiam clericos contemplatiuos
capit et cetera.

Alchim? quidam de semi
ne aaron adiucto sibi ce
tu virosum iniquorum
dux et gubernator eat. qui ad sa
cerdotium ambiebat ad regem de
metriū venit et accusans iudam
et fratres ei? apud euz Rex igit
isti q̄ iude et fratrib? eiu? detrahe
bat sūmū sacerdotium cōtulit et
cū eo bachidē quendā de suis p̄n
cipibus et amias cū exercitu in t̄
ram iuda misit. ad quos cū remis
set congregatio scribarū require
re que pacis sunt dicētes. homo
sacerdos de semine aaron venit nō
decipiet nos. **P**severo alchim? cū
verba pacifica eis locut? fuisset
et ipsos nequaquā ledere iurasset
factum est q? ei crediderūt et sta
tim lxx viros de eis occidit extra
propū iuramentū. Tandē in ibe
rusalem venies multos de popu
lo interfecit et conuenerūt ad eū
qui conturbabāt populū suū et
terā iuda obtinuerunt et sic ipse
alchim? et sui multo plus q? gē
tiles fecerunt filiosq; israhel gra
uauerūt. **I**sta p̄nt allegari con
tra ambiciosos: quia quando ali
quis alchim? vel ambicios? ali
quis sacerdotiū .i. dignitatē ali
quā ambit ante omnia ceterum et
congregationem virosum iniquo
rū sibi cōgregat et adiūgit. **T**ā
dem vero ad regem .i. ad mūdi

principes recurrit vel ad regem
id ē ad superiorē prelatum accedit
Apud quem ante omnia alios
accusat et de ei? hostib? detrahit
et se prop̄ eū exheredatū fuisse
et pro ecclesia multū sustinuisse
conqueritur et dicit. **I**git? sepe
accidit quia adulatores et detra
ctores facilliter a maiorib? audi
unt? et aliorum accusatores dili
gunt: tales ad sacerdotiū et dig
nitate quā ambierant promouē
tur. **I**ta q? bachides id ē aliquis
de amicis ipsius superioris pro in
ducendo eum in possessionē sibi
adiūgitur et datur. **V**erū quia qn̄
q; fit q? pro libito non admittit?
ad possessionē. **I**deo ī p̄ncipio v̄
bis pacific? vtitur: multa iurat et
pacificatur ita q? sibi a scribis pacē
petentib? id ē a canonicis et fra
tribus pacificis et simplicib? cre
ditur et quia sacerdos de semine
aaron ē idest p̄sona sacerdotal?
et ecclesiastica ad quā p̄tinet bonā
conscienciam habere ideo ab ip
sis ad sacerdotij et dignitatis of
ficiū acceptatur. **S**ed statim re
uera quādo videt se indutum cō
tra eos debachatur et subditos ex
actionib? et iniurijs afficit ita
q? non pacific? sed impi? et cru
delis declaratur multos spūaliē
occidit multos deponit et depre
datur. **S**up̄ ca. p̄mo. **L**ocutus est
ad eos verba pacifica in dolo et
crediderunt ei et irruit super ci
uitatem et percussit eam plaga
et perdidit populū multum

ex israhel et accepit spolia ciui-
tatis **I**lli qui soliti sunt turbare ci-
uitatem et populū vt sunt mali et
litigiosi accusatores et detracto-
res ad eū aggregāt. q̄s p̄ alijs
tq̄ maḡ sibi similes diligēs ter-
rā iuda in eorū manibz tradidit
inquantū ptātes et officia sup a-
lios eis tribuit **I**nfra cū elegit i-
pios viros. et elegit eos dn̄s
regionis. **S**ic igit̄ fit q̄ iste ma-
lus sacerdos et sui familiares i-
pii. i. tales mali p̄lati et eoz mi-
nistri ipij filios israhel. i. bonos
fideles magis grauat q̄ gentes
.i. q̄ ip̄i p̄ncipes seculares quia
plus vidēt multociēs de rapina
et crudelitate in curijs prelatoz
q̄ p̄ncipū t̄renorū. et plus suos
paup̄es opp̄mūt sac̄dotes cleri-
ci q̄m seculares balliui et tirāni.
et pl̄ etiā ḡuant quādoqz subdi-
tos et opatriote et domestici q̄
alij maḡ extranei et remoti. **V**n̄
math. x. dicitur. **T**radet frater
fratrem et filius patrem et ilur-
gent filij in parentes. et morte
eos afficient **E**t inimici hoīs do-
mestici eius zc̄ **I**gitur de talibz
malis ecclesiasticis dicitur **J**ere-
tercio capitu. **S**ac̄dotes nō dire-
rūt vbi ē dn̄s: zc̄ **I**mpius mi-
chanoz miatus fuit tēplo leuās
manū in supbia contra eū q̄ ip̄-
sū flāmis incenderet. nisi iudas
et exercitus ei? volūtati ei? tradēt
deus tamē aliē ordinauit. qz con-
fecto p̄lio contra iudā ip̄se p̄t̄
in bello cecidit et iudas caput e-

ius et brachiū qd̄ cōtra tēplū le-
uauerat amputat et cōtra iheru-
salem suspendit. exercitus vero
eius ipsū cecidisse cōspiciens. et
arma sua p̄ncipēs fugit. quē po-
pulus israhel p̄sequēs totū iter
emit. ita qz nec vn̄ qd̄ sup̄fuit
nec remāsit **I**llud allega exem-
plariter cōtra eos q̄ cōtra tēpla
et ecclesias sunt impij vt qui mi-
nando cōtra deū et eccēz ei? sūt
sup̄bi. qz sepe fit qz iusto de iu-
dicio anteq̄ implē possent qd̄ i-
cepant peūt. et p̄ morte vel ifoz-
tunū ip̄ otentes fiūt et exercit̄
et auxiliares eorū ab ip̄is fu-
giūt **V**igil ei de celo. i. de? q̄ cōtra
tales vigilat dicit illud daniel.
iij **S**uccidite arbore et ramos e-
ius. scz caput et brachiū p̄fendi-
te et fugiāt bestie q̄ subtus eam
sūt et de ramis eius volucres celi
Vel si vis allega hic qz ruina
p̄ncipis est cā peccā et ruine sub-
ditoz **Q**n̄ em̄ nichanoz p̄nceps
q̄ interpretat̄ stans. i. lucna dz eē
q̄ tū ad ipsū p̄ alijs p̄tinet p̄
seueratiā stare p̄ doctrinā et exē-
pla lucerne iuxta illd̄. math. v.
vos estis lux mūdi. in bello con-
tra vicia cadit. et p̄ diuersa peccā
ante hostes sp̄uales succumbit
caputqz recte intentionis et brā-
chium bone operationis perdit
statim exercitus subditorum su-
orum exemplo ei? arma virtu-
tum proijāt et dimittit. et vndi-
qz p̄ vicia dispersus an̄ hostes
sp̄uales p̄t̄ ita qz vix vn̄ p̄sistit

Intra ix ca. machab Judas cecidit et ceteri fugerunt. Nam ut dicit Gregorius. vita malorum trahit ab alijs in exemplum. Zach. xiiij. Per autem pastores: et dispergent oves

Hic fit mentio de potentia romanorum et inter cetera hic dicitur quod curiam fecerunt sibi romani trecentos et viginti senatores. consilium agentes et unum singulis annis magistratum suum mittentes. Inter ipsos autem nullus diadema portabat sed omnes obediebant uni: et zelus et invidia contra eos nulli quod erat dicitur ibi quod pacem et amicitiam cum amicis et socijs optime servabant et quod usque ad remotissimas terras reges et tyrannos sibi subiecerant: metalla auri et argenti que erant in hispania acquirant. Et ut concludatur brevis quibus volebant esse auxilio ut regnarent regnabant: quos vero vellet non regnare a regno pellebant. Ad istos igitur misit iudas legatos suos amicitiam facere ut sic posset a suis hostibus tutus esse. Ita prout applicari ad dominos romanos scilicet papam et cardinales. quia isti sibi curiam romanam fecerunt et eam pro diffiniendis negocijs et iudicijs reddendis ordinaverunt. quam multis et magnis consilijs fulserunt. Unum etiam ex seipsum in papam et magistrum suum solent eligere: cui sine invidia unusquisque liber debent obedire. Gen. xliij. Dicitur uni filij sumus. Et brevis tantum est hodie potentia istius curie et suorum quod reges et regna ad hanc

sibi sunt subiecta: metalla auri et argenti id est divitiarum copia est eis adiecta et instituendi reges. id est pro movendi ecclesiasticos sibi preteritis est autoritas attributa. Isti enim quos volunt regnare et promoveri faciunt: quos vero nolunt a regno expellunt. ita quod iam potest eis dici illud numeri xxiij. Non enim quod benedictus est cui benedixeris: maledictus autem in quem gesseris maledictionem. Isti igitur inter se non debent zelum nec invidiam habere: nec aliquis debet portare dyadema. id est nullus debet alteri pro superbia preferri. sed omnes uni. id est summo pontifici debent obedire pacifice. Et si sic fecerint omnes occupabunt eorum amicitias habere. quia pro certo in quocumque collegio quam subditi pacifice et quiete vivunt et inter se zelum et invidiam non habent nec alijs se preferunt sed uni scilicet plato summo humiliter obediunt. ipsorum dominaciones crescunt et omnes tam sanctos quam alij ipsorum amicitias querunt et expectant. Unde in iheremias. Pacem et veritatem diligite dicit dominus deus. Forma pacis et federis inter iudeos et romanos talis erat. quod unus populus alium in suis bellis et necessitatibus si tempus pateret tenebat iuvare. et hoc ad propria stipendia. quia nullus debebat alteri aliquid ministrare. Hic potest notari quod veri amici socios et amicos in necessitatibus adiuvant et quod ipsos stipendijs et expensis nunquam gravant. sed proprijs stipendijs pro eisdem militat

et alij casu simili quando ingru-
it necitas ipsos adiuuat. Pro-
xviii. qui adiuuat a frē. 2c

Hic fit metio de constantis-
sima et nobilissima mor-
te iude qua p certo mor-
ti istius nobilissimi leoide princi-
pis impatoris qui cu sexcentis co-
tra sexcenta milia gloriose se mori-
turus obiecit possem congrue co-
pare. nisi q non licet stilu meu
contra historias dilatae. Sic igit
actu e q demetrius audita mor-
te nichanois bachide cu dextro
cornu sue milicie mitteret contra
iuda cuius exercitus fortitudi-
ne iude socij formidantes ab e-
o recesserunt. et ipsu cu octingen-
tis viris solumodo reliqet. Qui-
bus ecia certantibus hosti cede et
asserentibus impossibile ee contra ta-
tam multitudinem pualē. Judas
ad h verba rudit. Absit inquit
istam re facere vt fugiamus ab
eis et si a ppinquerit tepus no-
stru moriamur in vute p fra-
tres nros. et no inferamus ma-
culā in gloria nra. Sic igit factu
est. q contra regis exercitu qui in
duo se diuiserat poteter irrupit
dextz cornu qd erat alte ro forti-
us continuo supavit. sinistru vo
cornu. i. ps sinistra exercitus reg
contra ipsu pualuit et ipsu cede a-
lioru fessum pstravit. Judas em
caedit. et ceteri fugerit et sic que
fortiores suprae nequierat debili-
oes postea deiecerunt. Ita pnt
allegari qlis debet ee ostia boi

ducis qz nuqm debet periculum
metuere. s potius fortune se co-
mittere. et morti se exponere. q
vereaude fugē et obtenta gloria
deturpare ex istius leomide. q
milites suos hortabat de gloia
plurimu. de vita vero nichil spe-
iadu. Magis em se dicebat debe-
re patrie q vite. quimo milites
suos hortabat taliter in mane
prafuros tq in inferno cenatu-
ros. Pradece inquit milites in i-
ferno cenaturi sicut ponit orosi-
us li. ij. Ex ecia beati lodouici e-
gis fraco. qui in egipto contra
sarracenos existens qd p pialu
sibi et exercitui suo propter aqz
mundacionem et hostium pre-
uentionem imminere videret fu-
gere tamen noluit. ymmo auda
militi fugam capienti respondit
Absit inquit gallie vt reges fra-
cie terga vertant fidei inimias.
De isto eciam iuda legitur scā
do machabeozum quinto capit-
tulo. q ipse hortabatur suos sb
ire periculum. Unde igitur duci
seu principi dicitur illud ecclesi-
astici quadagesimoprimo. Noli
metuere iudicium mortis. Et ec-
castia qrtō. Usq ad mortē certa
pro iusticia. Vel si vis allega-
q bono principe vel plato mor-
tuo vel absente subditi facili sup-
ant. Zach. viij. Percite pasto-
rem et disperget oues. Duce vel
plato a vicijs supato facile sub-
diti supatur. inqtu ex ipi ma-
li fiunt vel inqtu no habent a q

erudiantur. **Prouerbiy xi.** Vbi nō
est gubernator: populus corru
et. **Vel** dic q̄ cum bachides qui
interpretatur luctus fortis idest
dyabolus ī exercitu victorū quā
contra iudā et ionathā et ei⁹ fra
tres idest contra xpm et sanctos
pparat habebat duo cornua id
est duas ptes dextrā et sinistram
hoc est dictu vicia maiora et mi
nora sepe fit q̄ iudas dextrū cor
nu supat qui tamē a sinistro pei
mit⁹ sc̄ q̄ homo maiora vicia su
pat et ab ipsis enormib⁹ emini
bus se preseruat et tamen mino
ra nō p̄cauen⁹ ab eis vincit⁹ et ad
iutoribus fugientib⁹ idest virtu
tib⁹ ab eis supat. **Ma. iij.** Dabo
pueros principes eorū et effeā
ti dominabuntur eis. **Mortuo**
iuda emerferunt viri iniqui in oī
bus finibus israhel et inualescen
te fame in terra tradidit se omnis
regio bachidi. qui elegit viros ī
pios et constituit eos dños regi
onis et p̄scrutabatur amicos iu
de et vindicabat se in illis et fac
ta est tribulatio magna ī israhel
Sic vere quādo iudas dux egre
gius idest bonus prelat⁹ iude⁹
vel officialis moritur statim inci
piunt pullulare viri impij in pa
tria qui propter defectionē cor̄ec
tionis mali fiunt qui tpe boni p̄
lati vel iudicis delicta sua facē nō
audebant: fit etiā q̄nq; q̄ bach
ides id ē malus rector et superior
sibi succedit cui propter famem
auaricie omnis regio aliquodēs

se tradit qz q̄nq; fit q̄ mali sub
diti famelic et auari maluz p̄la
tum eligunt et eius dominio se cō
mittunt pro eo q̄ p̄ eum se dita
ri statim credunt. **Job. vi.** Queri
tis me quia māducastis de pani
b⁹. **Vel** ad lram tota regio pre
fame se sibi tradit inquantuz tal
efficitur vsurarius. et tota patria
se sibi tempe caristie obligat et
submittit. p̄mo **Reg. ij.** Repleti
prius pro panibus se locauerūt
Iste igitur bachides idest mal⁹
superior sic introduct⁹ ad extirpā
dum īmergentes impios nō at
tendit sed potius viros iniquos
eligit quos in dignitatibus col
locans dños regionis constituit
bonos vero et iustos viros iude
mortui idest xpi vel boni prelati
amicos p̄scrutatur et confudit ita
q̄ tempe suo tribulacō et āgustia
in israhel. idest in ecclesia oritur
et insurgit **Proū. xxvij.** Regnā
tibus impijs ruine hominū. **Ist**
tud em̄ est cōe qz mali odio hñt
predecessores suos bonos solent
post mortem eorū amicos eoruz
inquirere et ipsos multipliciter
grauare. **Hic** habes q̄ filij am
bri q̄ prius iohannē fratrem iona
the occiderunt faciebāt nuptias
magnas. **Filiam** enim vnus de
principibus chanaan duxerat.
Ista q̄ auz apparatu magno nup
cias celebrabant **Jonathas** vero
et symon memores mortis fra
tris sui ipsis insidiati super eos
procedentes ad nuptias irruerūt

et eos occidētes spolia rapuerūt.
et sic nupcias eorū in luctum et
infortunū uerterūt. Sic ve
re sepe fit qdū filij hoīm vacāt
nuptijs aut leticijs h? mūdi et
filiam chananeorū. i. p̄sperita
tem mundanā in vxorē ducūt.
nec facinora q̄ commiserūt meditā
t̄ aut recolūt hostes eorū scz dya
bolus et mors qui in insidijs la
titabāt repēte eos iterficiūt spo
lia diuidarū suarū eis auferunt
et gaudium suū in tristitiā cōu
tūt. **Prouer. xiiij.** Risus dolore
miscabit̄ et extrema gaudij luc
tus occupat. **Bachides** obtē
ta regioē iude multas ciuitates
muniuit ibiqz custodes vt exer
cerēt inimiciās ī israhel collōuit

Sic vō diabolus ī alijs officijs
custodes suos. i. malos officia
les collocat per quos in israhel
idest contra bonos inimiciās et
grauamina suscitāt et augmētāt.
Ps. Inimici vestri sūt iudices.
Alchimus summus sacerdos iū
quissim? cepit muros sancte do
mus interioris et opa p̄pheta
rū destruere propter quod per
cussus est et dissolutus paralisi.
et cōclusū est os eius ita qd non
potuit loqui amplius verbū nec
mandare de domo sua. et impe
dita sūt opa eius et est mortu?
tormento magno. **Sic** vero
fiat videmus mali prelati et su
periores quando vident se in di
gnitatibus constituto? statim in
cipiunt opa sanctorum suorum

vilipendere. muros idest obser
uantias regulares et propheta
rum idest sanctorum patrum o
pera et traditiones destruere no
uitates introducere. et illa que
per sanctos cū magna diligentia
facta et ordinata sunt immuta
re q̄p̄ sepe fit qd vltio dina istos
p̄mittit et ad hām paralisi vel alia ī
firmitate dissoluit. ita qd os cōfes
sionis eis tollit et eos tā cito pi
mit qd de domo cōscie sue aliud
ordinare nō p̄mittit. et mala o
pera que incēperūt dissoluit. **Augu
stinus** in sermone innocētuz
dicit. qd hac animaduersione p
cutitur peccator vt moriens ob
liuiscatur sui. qui dum viueret
oblitus est dei. **Vel** dic qd illi
sacerdotes et religiosi. qui mu
ros regularis obseruantie et o
pera prophetarum idest statuta
sanctorum patrum destruūt v'
sum lingue ad bene loquendū.
manus eciam ad bene operan
dum perdunt. et finaliter cum
magno tormento in inferno ha
bitant.

Habitauit ionathas in
iberusalem et cepit edi
ficare. et innouare ciui
tatem et extruere muros et qua
dris lapidibus montem syon
circuire. et fugerunt alienigene
quos bachides in munitionibz
posuit. et liberati sunt obsides
quos a filijs israhel ceperat. et
raptos in munitionibus serua
bat et detinebat. **Sic** vero quādo

in israhel .i. in ecclesia est **J**onathas qui interpretatur colūba veniens .i. bonus simplex et colūbinus prelatatus et maxime quando ibi personaliter habitat et moratur ibi pro certo tunc amplissima operatur . edificat enim et renouat locum suum temporali et spiritualiter montemque syon .i. dignitatem sibi commissam circum muris de quadris lapidibus idest bonis et virtuosis personis quas ibi promouet et introducit personaliter et sic ciuitatem ecclesie sibi commisit extruit moraliter et virtualiter **J**udith primo edificauit ciuitatem de lapidibus quadris et sectis **T**unc ista boni prelati presentia non solum in istis proficit immo multa alia bona facit . a facie eius fugiunt alienigene non audentes mala facere vel timore iusticie sue in patria compere . unde egyptij dixerunt exodi xiiij^o **F**ugiamus israhel . **B**oni qui obides ab alienigenis tenebantur . idest qui a malis diuersimode grauabantur per eius adiutorium liberantur quia boni prelati presentia fugat malos liberat oppresos promouet dignos reparat mores malos **I**deo ad litteram potest dici de quolibet bono principe **Ecce xxxiiij^o** **Q**uod perierat requirit . puer . ix . **S**apientia edificauit sibi domum **C**um **J**onathas occurrisset **A**lexandro regi asie apud ptholomaida ubi nuptias celebrabat et **P**tholo-

mei regis egypti filiam in uxorem ducebat dedit **J**onathas argentum et aurum et inuenit gratiam in conspectu eius et iussit eum rex spoliari vestibus suis et indui purpura . et collocauit eum rex sedere secum et scripsit eum inter amicos suos . magnificauit eum et posuit eum ducem et principem principatus . atque precepit quod nullus pugnaret contra ipsum et sic viri quidam impij qui ad accusandum ipsum venerant visa gloria fugerunt et ipsius presentiam timuerunt

Alexander qui interpretatur auferens angustias seu alleuians tenebras errorum per lumen fidei alleuiat et eterne mortis angustias abstulit ptholomaida que interpretatur ad mensuram deducta paradysum significat ubi secundum mensuram meritorum dabitur mensura premiozum **I**sta est igitur veritas finaliter quando **J**onathas .i. iustus et simplex homo veniet ad ptholomaidam idest ad paradysum ut in tempore tritice mensura et ut in conuiujs celestibus occurrat personaliter regi christo sic fiet quod rex videns ipsum habere et presentare aurum diuine gratie et caritatis . argentum mundicie et puritatis ipsum multipliciter honorabit et eum indumentis suis scilicet moralitate exuit et purpura eterne glorie ipsum decorabit quia secum in eterna quiete sedere faciet : et amicum suum ipsum constituet et principem eum faciet et accusatores eius

scz demones ab eo sepabit. et cōtra aduersa omnia securitatē sibi dabit ppetuā. Secundo esdre q̄rto. Tunc ap̄t rex. qz inuētus es sapiētior p̄nuus michi sedebis et cognatus meus vōberis.

Appollomius dux demetrii regionathā ad descēdēdū de montibus ad campum prouocat et ibi p̄liū sibi parat. Tu solus inquit resistis nobis qui ptātē exercēs contra nos in mōtibz. h̄ descende ad me in campū zē.

Sic vere dyabolus sūme nititur hoīem de mōtibz cōtemplacōis ad campū exterioris actiōis vel de mōte religionis ad cāpū mūdane habitacōis trahere sperās cōi ipsū facilius p̄ualē. Dicto appollonio m̄lti de exercitu suo ad templū dagō fugerūt sed ionathas ipsos p̄sequens ignē tēplo adhibuit. et octo milia vna cū tēplo succēdit. Sic ionathas xp̄s finaliter appollonium idest diabolū vincet et exercitū reprobōrum qui nūc in templo huius mundi seuros se esse reputant in inferno deiciet et succendet. P̄s J̄gnis ante ipsū p̄cedet et inflammabit in circuitu inimicos eius.

Ptolomeus rex egipti dedit alexandro regi asie filiā suā v̄xorē. Cū autē cōcupiuit regnum ipsius et q̄rebat in dolo obtinē eū et adiūgē regno suo. et ideo congregauit exercitū suū sicut arenā

maris et intrāit regnum alexandri et ap̄iebāt ei ciuitates. Sic enim preceperat alexander pro eo qz socius eius esset ptolomeus et cōsideret in eodē. Ipse vero statim ciuitates occupabat. et ibi p̄ custodia suo noīe faciēda milites assignabat. et intrāit ptolomeus antiochiā et imposuit sibi duo diademata scilicet egipti et asie et filiā suā quā alexandro dederat abstulit ab eodem imponens ei licet falsē qz ipsa uoluerat occidisse et dedit eam demetrio inimico alexandri et uēit alexander contra eum in preliū et victus fuit et fugit in arabia. et sic ptolomeus optinuit regnum eius. Gadiel autē arabs abstulit alexandri caput et misit ptolomeo. Verumtamen sic actum est qz dictus ptolomeus post tantam gloriā tam prodiciose acq̄sitā infra tres dies mortuus est et exercitus eius qui erat in castris occidit eos q̄ erant in custodia ciuitatum.

Ista possunt exemplariter allegari contra multos primo enim allegari potest contra proditores. qui in dolo et sub specie aīcie occupant quando q̄aliorum dignitatē et regna et tūc publice rumpunt fedus et amicitiam quam habuerant cum eis imponētes falsa cōmīna ut occasiōnem habeant ab eis recedendi. quia sicut dicitur in libro prouerbiorū salomōis decimo octauo.

Occasiones querit qui vult ab amico recedere. Ita potissime patent in amicis qui ego et statu suo non contenti ambiunt dominia aliorum. Ita fit quod fraude et malicia interueniente ipsos aliquando regno et dignitate priuantur dyademata honoris alieni occupant. **Pro. xix.** In capite eius multa dyademata. Sed tales non consueuerunt in talibus prosperari quin ymmo ubi habuerunt quod cupierant subito solent morte vel infortunijs pregruari. et de exercitijs quod sequantur eum id est de suis fauoribus et amicis alter in alterum debachari. **Ge. xvij.** Ergo ne uideat ista prosperabitur nonne aquila radices eius euellat et fructus eius distingat et siccabit et omnes palmites geminis ipsius arefcent. Illa enim que fraude et violentia acquiruntur non solent durare sed subito deficere sicut ad ista uideamus de tyrannis. **Vnde eccl. i.** Omnis potentatus breuis uita. Et Seneca dicit quod violenta in peria non perseverant. Vel si vis allega contra falsos mundi amicos qui semper se habent ad illum quod obtinet et qui non diligunt hominem nisi quod diu prosperatur. Iste enim alexander quod diu regnum tenuit ab isto godomel. supponitur dilectus fuisse et ideo victus dicitur ad arabiam refugisse. Iste tamen uideus eius infortunium ipsum amplius non dilexit sed potius pro amicitia illius qui regnum acquiserat caput

ipsum amputauit. Statim enim quando quis uenit ad infortunium et quod perdit regnum amicum suum pristinum ipsum abhominantur et in inimicos ei uertuntur et amicum illum qui regnant et qui de facto prosperantur totis uiribus amplectantur. **Pro. xiiij.** Etiam primo suo pauper odiosus est: amicum uero diuitum multi. Vel allega hoc de mutatione rerum supra iij. ca. primo dictum est quod rex asie qui tunc erat pro tempore occupauit egiptum et regnauit super duo regna imposuitque sibi duo dyademata egipti et asie. contra uero hic habemus quod rex egipti occupauit asiam et sibi duo dyademata imposuit et super duo regna regnauit quod quando aliquando unum regnum exaltatur et aliud deprimatur. et contra alterum alteri quam quod facit tantum quod ab eo sustinere cogitur. **Psalmus.** Erunt capientes eos qui se ceperant. et subicient exactores suos. Demetrius uideus quod filium terra in conspectu eius in securum in regno remisit exercitus suos excepto peregrino exercitu in sularum. proprios enim milites contra patrias remisit. extraneos retinuit. et inde factum est quod exercitus sui sic remissi ceperunt eum odio habere et contra eum murmurant. quapropter triphon occasione accepta contra eum rebellauit et exercitus remissos secum habuit et antiochum alexandri filium de arabia asciuit et in regno

ipsi collocant. aues sui de ptolomayda contra eum surrexerunt. et eum occidere voluerunt et eum ad palatium fugere compulerunt quem tria milia iudeorum sibi in auxilium missa liberauerunt et centum milia de ciuibus occiderunt. Illud potest allegari exemplariter quod non est tutum alicui confidere in pace et in prosperitate sua. Si enim iste demetrius semper timuisset. et infortunia que acciderent potuissent preuidere. numquam tribulationem incurrisset. nec se contra eum aliquis erexit. Unde dicitur proverbiorum viceesimo octauo. **B**eatus homo qui semper est pauidus. Vel dicitur contra pauperes et principes et magnates qui magis diligunt extraneos quam propinquos sibi et in suis curijs continet et promouet atque in officijs peregrinos ipsosque predilectos habent et caros. suos autem repellunt. Quapropter quandoque fit quod odium suorum solent incurrere. ita quod hostibus suis solent adherere et ipsum de regno et domino aliquoties fugare et contra eum rebellare. **N**on iustum est. quod homo illos quos in prosperitate et pace existens repudiet tribulationis tempore non inueniat ymmo perdat. **T**utum est igitur principi. suorum amicitiam custodire. et non nimis extraneis adherere. quia sicut dicitur prima ad Timotheum quinto. **Q**ui suorum domesti-

corum curiam non habet infidelis est. **N**eque bene dicitur eadem. **N**e de relinquantur amici antiqui. nouus non erit similis huic.

Dost pacta mita cum spartiatas et romam hic fit mentio quod tripho rex antiochi princeps maior ad regnum asie abiebat. quem antiochum dominum suum occidere cogitabat. Verumtamen quia sciebat ionathan iudeorum ducem regis esse strenuissimum defensorem ante omnia ipsum occidere temptauit. et multum machinationibus cauendum occidit. **P**ostea solus cum rege abulans ipsum perdidit in se fecit et imposito dyadeate loco ipsius regnum. sic per infra sequenti. **I**sta sunt applica quae volunt iniquam nocere et non audet prope eorum animos pro solent paulatim contra animos insurgere ut ipsis sublati de medio vel de potestate attenuati possent contra principes facilius preualere. **H**ic habes quod cum triphon vellet occidere ionatham. et non potest pro eo quod cum exercitu uenerat dissimulauit amicitiam et dona sibi attribuit. et eum pro alijs principibus honorauit tandem remittere exercitum sibi suggestit et promittens se sibi uelle tradere regionem prouincie et negocijs regis proficere. usque ad ptolomaidam secum duxit. ubi ipsum statim ligauit. et comites eius et mille viros quos secum duxerat occidi fecit ipsum vero satis citato post cum duobus filiis interfecit.

Triphon qui mitebat dū
suū interficere signat dyabolū
qui parauit occidere cristū **J**o-
natbas qui colūba interpretat^r si-
gnat virum iustum et simplicē
Sic igit^r est q^d triphō dyabol⁹
sūme temptat ionathā idest vi-
rum iustum per peccatū occidere
et ipsum per temptationes solet
ad se quasi auis rapta ad laque-
um cōuocare **S**ub specie em̄ boī
ip̄m ad se vocat vt occasione re-
perta ip̄m occidat exēplo **J**abe-
lis qui silaray ad se vocauit quez
sc̄a dormientem occidit **I**ntra
inquit ad me domine ne timeas
Judicā iij. **S**ed reuera quādoq;
inuenit cū ionatha tantū exerci-
tum virtutum et sanctorum ad
quos per deuotionem tantū ha-
bet patrocinū q^d in ipsum non
potest manum mittere nec ip̄m
per fortē temptatiōez inuadere
vel necare **I**deo ante omnia ista
ipse temptat q^d vtutū exercitūz
dimittat ip̄mq; mundi diuicijs
magnificat **Q**d ad hoc facit vt
facilius credat ei. et ad mortem
ip̄m trahat. puer. v. **F**auus di-
stillans labia meretricis. nouissi-
ma vero eius amara velut abfin-
theū **I**git^r officia et negocia re-
gis idest alta officia et dignita-
tes seculi pmittit sibi tradere dū
tamen exercitū virtutum velit di-
mittere et per consensum ī pecca-
tum descendere et venire **A**d hec
igit^r officia homo per affectum
vel effectū quāq; a dyabolo trahi-

tur ad quem dū descenderit statū
ab eo a vinculis malorū vel mala-
rum cōcupiarum ligat^r et tandē
diuersis vicijs strangulat^r et ad
eternum interitum deputat^r **D**ū
ei homo virtutū exercitū dimittit
et seculi negocia concupiscit.
mortem pene et culpe faciliē in-
currit **B**ene igit^r consulit sapiēs
ecclesiasticū xij **N**on credas ini-
mico tuo in eternum **Q**uia sicut
ibidē subiūgit^r **O**culus suū lacri-
mabit^r inimicus. et cū venerit tē-
tē **D**icit^r hic q^d symō mortuo
Jonatha fratre suo ipsum ī mo-
dym sepeliuit et super sepulcrū
patris et matris et quatuor fratrū
suorum septem pyramides sup
colūpnas fabricauit vbi arma
et naues ad eternā memoriā
sculpsit ita q^d a nauigantibus ma-
re videri poterāt ordinauit
Dic moraliter q^d modym quod
interpretat^r diiudicatio figt^r mē-
tē q^d seipsam diiudicare tenetur
q̄a s̄m apl̄m p̄a corin. xi **S**i nos
ip̄s diiudicare? non vtiq; di-
iudicaremur **D**ic itaq; q^d homo
iustus in modym idest in cōscie-
tia et memoria debz sepulcra pa-
rentū suorum et amicorum facē
inquantū mortem eorum debet
in mente habere: septem etiam
pyramides ibi debet cōstruere in
quāto septē opa m̄ie dz p̄ aiabo
istorū gerē vel habere. sculpsit^r as
eorum idest bonorum exemplo-
rum exterius alijs demonstrare in
quibus colūpnas idest boni p̄po-

fiti firmitatem arma .i. bonorum
opum probitatem .naues .i. con-
temptus seculi leue .i. transitoria
agilitatem debet sculperere vt sic
nautis .i. hoibus p maie b? mundi
nauigantibus ex^m et speculu possit
esse **I**sta enim tria scilicet columpna
naues et arma .i. p seuerantia co-
temptus mundi bona opa me-
moriam mortis comitat et du ali-
orum mortem in mente gerimus
in nob spualiter generantur .et
ideo de isto simone .i. viro iusto
potest dici illud **J**ob .xxi. Ipse
ad sepulchra duet et in cogerie
mortuorum vigilabit **H**ic ha-
bes qd simon abiecta omni iudu-
dicia de gaza et fugatis inde ali-
emigeis posuit ibi viros q legē
sciret et muniuit eā **G**aza que
interpretat fortitudo dñi signifi-
cat ecciam: simon q interpretatur
obediēs . figt bonū platu q deo
p alijs obedire d; **I**ste igit a ga-
sa .i. a ciuitate ecclie in q reuocet
potentia dei viui debz oem im-
mudicia victorū purgare et alie-
nigenas .i. multos hoies inde fu-
gare et viros q legē dei custodi-
unt .i. bonas psonas d; introdu-
cere . virtutibus eam debet mui-
re vt sic se possz cōtra hostes spū-
ales viriliter defensare **D**ñ ea se-
quēti dicit . qd in arce iberusalē
collocat iudeos viros q eēt ad
tutamentū citatis et regionis

Hic fit mētio quō sub si-
mone sumo sacdote po-
pulus iudeorū fuit ml-

tipliciter p̄speratus . et quō misit
romā amicitia renouare . et quō
clipeū aureū p̄o deū et minarū
misit . 2ē . h de oībo istis nihil ad
p̄sens t̄ago . **I**te hic ca . xv . fit
mētio quō triphon p̄ ātiochū fi-
liū demetrii fugat et quō ipse ā-
tioch? cōi simonē indignat . et
quō tēdebem? cū exercitū missus
a iuda filio simonis d̄terit h oīa
p̄mitto qz nichil video morali-
tatis . **C**ū simon p̄abularet re-
gionē iude . descendit in capū iberi-
co vbi ptolomeus aboli q ge-
ner erat sumi sacerdotis diues in
auro et argēto q erat i capō iberi-
co ipsū ad conuiuiū suscepit .
Symon vero ad eum cum duo-
obz filiis suis iuda et ionatha .
sicut ad amicum intravit . Verū
quia iste ambiebat ad regionis
ducatum iustaurato conuiuiū vi-
ros occultari fecit . et tandem si-
mon cum filiis suis inebriat et
letis . iste sumptis suis armis in
eos irruit . et ipsos neq̄ter inter-
fecit **E**t statim ad occupandum
iberusalē et sanctificationem
milites destinavit . **J**ohannem
vero filium simonis qui tunc e-
rat in gaza occidi iussit . sed h
p̄cognito precauit . et illos q
ad occidendum eum venerant iu-
gulavit **I**ste proditor seu tra-
ditor ptolomeus diabolum sig-
nificat . quia iste est qui summe
captat simonem et filios eius .
id est bonum et iustū prelatū et
bonos ipsi? imitatores de medio

tollere conat' vt sic possit in regi-
one idest in populo ad libitū im-
perare Quia igit' per fortitudi-
nem preualere contra istos non
pōt iam aliam viā querit ipsis
q' cōuinū mūdane p'speritatis
preparat et vino deliciarū ip's
inebriat Quos p' certo cū bene
viderit letos et ebrios a vino i-
mundi p'speris bene plenos tūc
se a occultos suos socios idest tē-
ptationes cōtra eos armat et sic
de diuersis vicij' eos temptans
pro voto superat atq; necat Et
sic totum cōuinū quod parauerat
et mūdi totam gloriam in lu-
ctum et tristitiam eis mutat. ij^o
regum xij. Cū temulētus fuerit
amon vino partite et interficite
eū Vel si vis dic q' iste dyabo-
lus qui videt scz hominē bene le-
tum et in cōuinio mūdane p'spe-
ritatis inersum tūc occultos su-
os socios scz mortem et infortu-
nia cōtra eū vocat et sic p' mortez
temporalem et eternam ipsos i-
terficiat Sup' ca^o ix. Cōuerse sūt
nupte in luctum a vox musicorū
suorū in lamentum

Expliat moralizatio p'imi macha-
beorū **I**ncipit moralizatio
secundi machabeorū

Antiochus rex ay
esset in parthide et i-
mensus exercitus
ay eo auaritia du-
ctus voluit tēplū
naneē vbi thesauros abscondi-
tos esse audierat spoliare sed cōsi-

lio sacerdotis seductus cū pau-
cis templū vt pecunias accipe-
ret est ingressus Sacerdotes ta-
men templū statim clausurunt
et aperto templi aditu mitten-
tes lapides ipsum cū suis occide-
runt et mēbratim diuidentes am-
putatis capitibus exterius pie-
cerunt Iste antiochus qui inter-
pretat' paup' filēs signat pau-
perem ambitiosum qui se fingit
silentem et benignū esse Iste sci-
ens q' i tēplo ecclesie sūt mlti di-
uiciay thesauri multa pingua
beneficia: sūme mitit' ibidem in-
trare et ibidem dignitatem obti-
nere et hoc non vt possit profi-
cere sed potius vt possit thesau-
ros possidere Quod vidēs sacer-
dos rector hui' tēpli scz d's ipm
quandoq; intrare permittit h' tā-
dem vbi non sperat occultum ad-
itum scz mortem et infortuniū
sibi aperit lapides tribulationū
in eum dimittit et sic ipsum occi-
dit et eum mēbratim diuidit in-
quantum corpus ab anima dis-
iungit Et sic non solum ipsū im-
mo illos quos secū duxerat idest
nepotulos a alios quo' in eccle-
sia promouerat capitibus idest
potentia et v'tute p'uat et eos de
templo suo idest de statu ecclesi-
astico eijcit atq; fugat Iecto at
et mortuo malo plawo sui etiam
cū ip'o deficiunt et a dignitatib'
in h' tēplo indigne obtētis vt cō-
munit' eijciuntur Osee ix. Prop-
ter maliciā adinuetionū eorū de